



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.20. Epistola ad Venantium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI. sed curam particularem Ecclesiarum
A.C. 592. lis subjectarum non suscipiebat, nisi so-
 lito majora componenda occurrissent.
 Multitudo ingens Epistolarum S. Gre-
 gorii nobis occasionem præbet ista de-
 stinguendi, ne quis putet, prædicta jura
 quæ in quibusdam Ecclesiis exercebantur
 indiscriminatim ad omnes esse exten-
 denda.

§. XX.

Epistola ad Venantium.

I. ep. 33.

Venantius vir nobilis aliquando Mon-
 achum professus, eum deinde exui-
 uxorem duxit, atque tunc Cancellarius
 Italiæ munere fungebatur, quod jam ex-
 inde erat spectatissimum, eique aliquam
 jurisdictionis partem in totam Provin-
 ciam dabat. Hunc virum S. Gregorius
 numero amicorum suorum adscripserat,
 & multi credebant, quod jam Episcopus
 ordinatus raro ad eum Epistolas escri-
 raturus esset; verum S. Papa creditum
 nullatenus sibi esse silendum, postquam
 ad summum Prælaturæ fastigium fuisse
 evectus. Ergo ad Venantium scribens
 inquit: *Nibil obstet, quo minus loquar
 tibi, etiamsi importunus accidam;* quæ

(*) Nempe talia, quæ curam Pontificis, quo-
 tenus Caput & Pastor Ecclesiæ Universalis esse
 exigebant.

ex toto corde salutem tuam quaero, & Sæculum VI.
 perditionis tuæ particeps esse nolo. U- A. C. 592.
 tique meministi quem habitum gesseris,
 & quam turpiter lapsus fueris? Cogita
 quam horrendum iudicium experturus
 sis, tu, inquam, qui non aliquas forsi-
 tan pecunias sacrilego furto Deo abstuli-
 sti, sed te ipsum, cui te sub habitu Mo-
 nastico consecraveras! tam vehementi
 mæstitiæ sensu obruor, ut vix vires mi-
 hi sint ducendo calamo sufficientes, & ta-
 men intolerabilia tibi videntur, quæ scri-
 bo, erubescis, oculos, vultum avertis.
 Verum enimvero si ferre non potes ex-
 probrationem hominis, qui cinis & pul-
 vis est, edic, Charissime! quantum exhor-
 resces, cum Creator tuus ad iudicandum
 venerit? accepta mea Epistola, scio enim,
 convocas amicos tuos, & super Salute tua
 consulis homines exitii tui complices,
 mortis tuæ Auctores; homines qui arre-
 pta favente occasione, quæ auribus tuis
 grata sunt, occinunt, qui pecunias tuas
 plusquam te amant, si tamen ullatenus
 te amare dici possunt. Si bonum consi-
 lium quæris, meum accipe; nemo tibi
 melius consulere potest, quam qui te, non
 tua, amat. Si zelus meus suspectus tibi
 esse meruit, totam Ecclesiam ad consilium
 vocabo, & quidquid communi consensu
 decretum fuerit, sequar. Venantius non V. IX. ep. 25.
 est 31.

Sæculum VI. est conversus, nec ideo S. Gregorius
A.C. 592. micitiæ ejus renunciavit. (*)

§. XXI.

Judæi convertuntur.

I. ep. 3. 4. Sub idem tempus anno 591. quidam
 Judæus, cui nomen Joseph, ad S. Gregorium querelam attulit contra Petrum
 Episcopum Terracinensem, quod, cum
 Judæos ex uno loco, in quo congregari
 solebant, ejecisset, & licentiam dedisset,
 ut in alio congregarentur, jam etiam ex
 isto pellere niteretur. *Si ita est*, inquit
 S. Gregorius, ad Episcopum istum scri-
 bens, *volumus, ut conquerendi causam
 tollas; quippe Infideles mansuetudine,
 benignitate, hortatu ad Religionem Christi-
 anam attrahendi sunt, non autem mi-
 nis & terrore arcendi.*

Anno 598. Judæi Calaritani ex ur-
 be, Sardinia Metropoli, Romam vene-
 runt querentes, quod aliquis eorum, cui
 nomen Petrus, suscepta Christiana Re-
 ligione, altera post Baptismum die (id
 est Die Paschæ) perditorum hominum
 turba stipatus, eorum Synagogam vi
 occupasset, & illuc Imaginem S. Virgi-
 nis,

(*) Ex hoc exemplo patet, necdum illa æ-
 tate Monachos ad Sæculum redeuntes auxilio
 brachii Sæcularis ad stabilitatem fuisse compul-
 sos.